

SS.MI CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI

Ad I Vesperas

HYMNUS

P Ange lingua glo-ri ó-si Córpo-ris mysté-ri- um, Sangui-nisque pre-
ti ó-si, Quem in mundi pré-ti- um Fructus ventris ge-ne-ró-si Rex effú-dit
génti- um. 2. No-bis da-tus, no-bis na-tus Ex intácta Vírgi-ne, Et in mundo
conversá-tus, Sparso verbi sémi-ne, Su- i mo-ras inco-lá-tus Mi-ro clau-sit ór-
di-ne. 3. In suprémæ nocte cœnæ Re-cúmbens cum frátri-bus, Observá-ta
le-ge ple-ne Ci-bis in le-gá-li-bus, Ci-bum turbæ du- o-dénæ Se-dat su- is
má-ni-bus. 4. Verbum ca-ro, pá-nem ve-rum Ver-bo carnem éffi-cit: Fitque
Sanguis Chris-ti me-rum, Et si sensus dé-fi- cit. Ad firmándum cor sincé-rum
So-la fi-des súffi-cit. 5. Tantum ergo Sacraméntum Ve-ne-rémur cérnu- i:



Et antiqum documntum No-vo ce-dat rí-tu- i: Præstet fi-des supplem-
 tum Sénsu- um de- féctu- i. 6. Ge-ni- tó-ri, Ge-ni- tó-que Laus et ju-bi- lá- ti- o,
 Sa-lus, honor, virtus quoque Sit et be-ne- díc- ti- o: Pro- ce- dénti ab utróque
 Compar sit laudá- ti- o. A- men.

II
M i- se- rá- tor Dó- mi- nus * escam de- dit timé-nti- bus se in me-
 mó-ri- am su- ó- rum mi- ra- bí- li- um. E u o u a e.



Psalmus 110 (111)

Magna opera Domini

Magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens (Ap 15, 3).

- ¹ Confitébor Dómino in toto corde meo, *
in consilio iustórum et congregatióne.
- ² Magna ópera Dómini, *
exquirénda ómnibus, qui cúpiunt ea.
- ³ Decor et magnificéntia opus eius, *
et iustítia eius manet in sæculum sæculi.
- ⁴ Memóriam fecit mirabílium suórum, *
miséricors et miserátor Dóminus.
- ⁵ Escam dedit timéntibus se; *
memor erit in sæculum testaménti sui.
- ⁶ Virtútem óperum suórum annuntiávit pópulo suo, †
ut det illis hereditátem géntium; *

⁷ ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius, †

⁸ confirmáta in sáeculum sáeculi, *

facta in veritáte et æquitáte.

⁹ Redemptiónem misit pópulo suo, *

mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius. *

¹⁰ Inítium sapiéntiæ timor Dómini,

intelléctus bonus ómnibus faciéntibus ea; *

laudátio eius manet in sáeculum sáeculi.

V
Q
ui pa-cem * po-nit fi-nes Ecclé-si- æ, frumén-to á-di-pe sá-ti- at
nos Dó-mi-nus E u o u a e.

Psalmus 147 (147 B)

Instauratio Ierusalem

Veni, ostendam tibi sponsam uxorem Agni (Ap 21, 9).

¹² Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *

colláuda Deum tuum, Sion.

¹³ Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *

benedíxit filiis tuis in te.

¹⁴ Qui ponit fines tuos pacem *

et ádipe fruménti sátiat te.

¹⁵ Qui emíttit elóquium suum terræ, *

velóciter currit verbum eius.

¹⁶ Qui dat nivem sicut lanam, *

pruínam sicut cínere[m] spargit.

¹⁷ Mittit crystállum suam sicut buccéllas; *

ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

¹⁸ Emíttet verbum suum et liquefáci[et] ea, *

flabit spíritus eius, et fluent aquæ.

¹⁹ Qui annúnciat verbum suum Iacob, *

iustítias et iudícia sua Israel.

²⁰ Non fecit táliter omni natióni, *

et iudícia sua non manifestávit eis.

I
A -men, amen di-co vo-bis: * Non Mo- y-ses de-dit vo-bis pa-nem de
 cæ-lo, sed Pa-ter me- us dat vo-bis pa-nem de cæ-lo ve-rum. E u o u a e.

Canticum
 Ap 11, 17-18; 12, 10 b-12 a
 De iudicio Dei

^{11,17} Grátias ágimus tibi, *
 Dómine, Deus omnípotens,
 qui es et qui eras, *
 quia accepísti virtútem tuam magnam et regnásti.

¹⁸ Et irátæ sunt gentes, *
 et advénit ira tua, et tempus mortuórum iudicári
 et réddere mercédem servis tuis prophétis et sanctis *
 et tíméntibus nomen tuum, pusillis et magnis.

^{12,10} Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri *
 et potéstas Christi eius,
 quia proiéctus est accusátor fratrum nostrórum, *
 qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri die ac nocte.

¹¹ Et ipsi vicérunt illum propter sánguinem Agni *
 et propter verbum testimónii sui;
 et non dilexérunt ánimam suam *
 usque ad mortem.

¹² Proptérea lætámmini, cæli *
 et qui habitátis in eis.

LECTIO BREVIS (1 Cor 10, 16-17)

Calix benedictiónis, cui benedicimus, nonne comunicátio sánguinis Christi est? Et panis, quem frángimus, nonne comunicátio córporis Christi est? Quóniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes enim de uno pane participámur.

RESPONSORIUM BREVE

6
P a-nem cæ-li de-dit e- is, R̅ Alle- lú-ia al-le- lú- ia. Ψ

Pa-nem Ange-ló-rum mandu-cá- vit ho- mo. ¶ Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o,
 et Spi-rí- tu- i San-cto.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT

VI

O quam su- á- vis est, * Dó- mi- ne, spí- ri- tus tu-
 us, qui, ut dulcé-di-nem tu- am in fí- li- os demonstrá- res, pa- ne su-
 a- vís- si- mo de cæ- lo præ- sti- to, e- su- ri- én- tes replés bo- nis,
 fasti- di- ó- sos dí- vi- tes di- mít- tens in- á- nes. E u o u a e.

PRECES

Christus in cena, ad quam omnes invitat, corpus et sánguinem suum tradit pro mundi vita. Ipsum deprecémur:

Christe, panis cælestis, da nobis vitam ætérnam.

Christe, Fili Dei vivi, qui eucharistíæ cenam in tui commemoratióem fácere præcepísti,

- Ecclésiám tuam fidéli dita mysteriórum celebratióne.

Christe, sacérdos Altíssimi únice, qui sacraménta tua offerénda sacerdotíbus commisísti,

- in mores eórum íngere, quæ in signis tríbuis celebráre.

Christe, manna de cælo, qui omnes de uno pane participántes unum éfficis corpus,

- pacem et concórdiam ómnium in te credéntium réfove.

Christe, cælestis médice, qui remédiúm immortalitátis et pignus resurrectiós per tuum panem præbes,

- ægrótis sanitátem et spem vivam peccatóribus redde.

Christe, rex ventúre, qui mystéria in mortem tuam annuntiándam donec veníres
ut celebraréntur mandásti,
- omnes, qui in te decessérunt, fac resurrectionis tuæ partícipes.

Pater noster.

Oratio


Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti,
tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut re-
demptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis.

Ad Invitatorium


7
P a- nem vi- tæ Chri- stum Dó- mi-num, ve-ní- te,
a-do- ré- mus.

VII
V E-ní- te, exsultémus Dómi-no, iu-bi- lémus De- o, sa-lu-tá-ri no-
stro. Præ- occu-pémus fá-ci- em e-ius in confessi- ó- ne, et in psalmis
iu-bi- lémus e- i.


Quó- ni- am De- us magnus Dómi-nus, et rex magnus super omnes de- os.
Quó- ni- am non re-pél-let Dómi-nus ple-bem su- am, qui- a in manu e-ius




sunt omnes fi-nes ter- ræ, et al-ti-tú-di-nes mónti- um i- pse cónspi-




cit.



Quó- ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe-cit il-lud, et á-ri-dam funda-vé-runt



manus e- ius. Ve-ní- te, a-do-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um, plo-rémus




co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a ipse est Dómi-nus, De- us no- ster,



nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves pá-scu- æ e-ius.




Hó- di- e, si vo-cem e-ius audi- é-ri- tis: «No-lí- te obdu-rá-re corda ve-stra,



si- cut in e-xa-cerba-ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto:



u-bi tenta-vé-runt me patres ve- stri: pro-ba-vé-runt et vi-dé-runt ó- pe-ra



me- a.




Quadra-gín- ta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra- ti ó-ni hu- ic, et di-xi:




Semper hi errant cor- de. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi- as me- as: qui-bus



iu-rá-vi in i-ra me- a: Si intro- í-bunt in réqui- em me- am.»




Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- ri- tu- i San-cto. Si- cut e- rat in princí- pi-




o, et nunc, et sem- per, et in sáecu- la sæ- cu- ló- rum. Amen.

Ad Officium lectionis

HYMNUS



S a- cris sol-lémni- is iuncta sint gáudi- a, et ex præ- córdi- is



sonent præcó-ni- a; recédant vé-te- ra, no- va sint ómni- a, cor- da, vo- ces et




ó- pe- ra. 2. No- ctis re- có- li- tur ce- na no- ví- si- ma, qua Christus cré- di- tur



agnum et á- zyma dedisse frátri- bus iuxta le- gí- tima pri- scis in- dúl- ta



pá-tri-bus. 3. De-dit fra-gí-li-bus córpo-ris fércu-lum, de-dit et trí-sti-bus



sángui-nis pó-cu-lum, di-cens: «Ac-cí-pi-te quod tra-do váscu-lum; omnes ex




e-o bí-bi-te». 4. Sic sacri-fí-ci-um istud instí-tu-it, cu-ius of-fi-



ci-um commít-ti vó-lu-it so-lis presbý-te-ris, qui-bus sic cóngru-it, ut



sumant et dent cé-te-ris. 5. Pa-nis angé-li-cus fit pa-nis hó-mi-num; dat




pa-nis cæ-li-cus fi-gú-ris térmi-num. O res mi-rá-bi-lis: mandú-cat Dó-mi-num



ser-vus pau-per et hú-mi-lis. 6. Te, tri-na Dé-i-tas ú-na-que, pó-scimus;




sic nos tu ví-si-tas si-cut te có-limus: per tu-as sé-mi-tas duc nos quo



téndimus ad lu-cem quam inhá-bi-tas. A-men.

VIII

D



í-ci-te invi-á-tis: * Ecce prá-n-di-um me-um pa-rá-vi: ve-ní-te



ad núpti- as, al-le-lú-ia. E u o u a e

Psalmus 22 (23)

Pastor bonus

Agnus pascet illos et deducet eos ad vitæ fontes aquarum (Ap 7, 17).

¹ Dóminus pascit me, et nihil mihi déerit: *

² in páscuis viréntibus me collocávit,
super aquas quiétis edúxit me, *

³ ánimam meam refécit.


Dedúxit me super sémitas iustítiae *
propter nomen suum.

⁴ Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis, non timébo mala, *
quóniam tu mecum es.


Virga tua et báculus tuus, *
ipsa me consoláta sunt.

⁵ Parásti in conspéctu meo mensam *
advérsus eos, qui tríbulant me;
impinguásti in óleo caput meum, *
et calix meus redúndat.

⁶ Etenim benígnitas et misericórdia subsequéntur me *
ómnibus diébus vitæ meæ,
et inhabitábo in domo Dómini *
in longitúdinem diérum.



i quis si- tit, * vé-ni- at ad me, et dabo e- i fontem æ-térnum.



E u o u a e

Psalmus 41 (42)

Desiderium Domini et templi eius

Qui sitit, veniat; qui vult, accipiat aquam vitæ (Ap 22, 17).

- ² Quemádmódom desíderat cervus ad fontes aquárum, *
ita desíderat ánima mea ad te, Deus.
- ³ Sitívit ánima mea ad Deum, Deum vivum; *
quando véniam et apparébo ante fáciem Dei?
- ⁴ Fuérunt mihi lácrimæ meæ panis die ac nocte, *
dum dicitur mihi cotídie: «Ubi est Deus tuus?».
- ⁵ Hæc recordátus sum et effúdi in me ánimam meam; †
quóniam transíbam in locum tabernáculi admirábilis *
usque ad domum Dei
in voce exsultatiónis et confessiόnis *
multitúdinis festa celebrántis.
- ⁶ Quare tristis es, ánima mea, *
et quare conturbáris in me?
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi, *
salutáre vultus mei et Deus meus.
- ⁷ In méipso ánima mea contristáta est; †
proptérea memor ero tui *
de terra Iordánis et Hermónim, de monte Misar.
- ⁸ Abýssus abýssum ínvocat in voce cataractárum tuárum; *
omnes gúrgites tui et fluctus tui super me transiérunt.
- ⁹ In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, †
et nocte cánticum eius apud me est: *
orátio ad Deum vitæ meæ.
- ¹⁰ Dicam Deo: *
«Suscéptor meus es.
Quare oblítus es mei, †
et quare contristátus incédo, *
dum afflígit me inimícus?».
- ¹¹ Dum confringúntur ossa mea, †
exprobravérunt mihi, qui tríbulant me, *
dum dicunt mihi cotídie: «Ubi est Deus tuus?».
- ¹² Quare tristis es, ánima mea, *
et quare conturbáris in me?
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi, *
salutáre vultus mei et Deus meus.

VIII

C i bá- vit nos * Dómi-nus ex á- di-pe fru- ménti, et de petra

mel-le sa-tu-rá- vit nos. E u o u a e.

Psalmus 80 (81)
Sollemnis renovatio foederis

Videte, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis (Hebr 3, 12).

- ² Exsultáte Deo adiutóri nostro, *
iubiláte Deo Iacob.
- ³ Súmite psalmum et date týmpanum, *
psaltérium iucúndum cum cíthara.
- ⁴ Bucináte in neoméniá tuba, *
in die plenæ lunæ, in sollemnitáte nostra.
- ⁵ Quia præcéptum in Israel est, *
et iudícium Deo Iacob.
- ⁶ Testimónium in Ioseph pósuit illud, †
cum exíret de terra Ægýpti; *
sermónem, quem non nóveram, audívi:
- ⁷ «Divérti ab onéribus dorsum eius; *
manus eius a cóphino recessérunt.
- ⁸ In tribulatióne invocásti me et liberávi te, †
exaudívi te in abscondito tempestátis, *
probávi te apud aquam Meríba.
- ⁹ Audi, pópulus meus, et contestábor te; *
Israel, útinam áudias me!
- ¹⁰ Non erit in te deus aliénus, *
neque adorábis deum extráneum.
- ¹¹ Ego enim sum Dóminus Deus tuus, †
qui edúxi te de terra Ægýpti; *
diláta os tuum, et implébo illud.
- ¹² Et non audívit pópulus meus vocem meam, *
et Israel non inténdit mihi.
- ¹³ Et dimísi eos secúndum durítiam cordis eórum, *
ibunt in adinventiόνibus suis.
- ¹⁴ Si pópulus meus audísset me, *
Israel si in viis meis ambulásset!
- ¹⁵ In brevi inimícos eórum humiliássem *
et super tribulántes eos misíssem manum meam.
- ¹⁶ Inimíci Dómini blandiréntur ei, *
et esset sors eórum in sáecula;
- ¹⁷ et cibárem eos ex ádipe fruménti *
et de petra melle saturárem eos».

℣. Sapiéntia ædificávit sibi domum, allelúia.

℞. Míscuit vinum et pósuit mensam, allelúia.

LECTIO PRIOR

De libro Exodi 24, 1-11

In diébus illis: ¹ Dixit Dóminus Móysi: «Ascénde ad Dóminum, tu et Aaron, Nadab et Abiu et septuagínta senes ex Israel, et adorábitis procul. ² Solúsque Móyses ascéndet ad Dóminum, et illi non appropinquábunt, nec pópulus ascéndet cum eo».

³ Venit ergo Móyses et narrávit plebi ómnia verba Dómini atque iudicia; respondítque ómnis pópulus una voce: «Omnia verba Dómini, quæ locútus est, faciémus». ⁴ Scripsit autem Móyses univérsos sermónes Dómini; et mane consúrgens ædificávit altáre ad radíces montis et duódecim lápides per duódecim tribus Israel. ⁵ Misítque iúvenes de filiis Israel, et obtulérunt holocáusta; immolaverúntque víctimas pacíficas Dómino vitulos. ⁶ Tulit itaque Móyses dimídiam partem sánguinis et misit in cratéras; partem autem resíduam respérsit super altáre. ⁷ Assuménsque volúmen fœderis legit, audiénte pópulo, qui dixerunt: «Omnia, quæ locútus est Dóminus, faciémus et érimus obœdiéntes». fœderis, quod pépigít Dóminus vobíscum super cunctis sermónibus his».

⁹ Ascenderúntque Móyses et Aaron, Nadab et Abiu et septuagínta de senióribus Israel. ¹⁰ Et viderúnt Deum Israel, et sub pédibus eius quasi opus lápidis sapphiríni et quasi ipsum cælum, cum serénus est. ¹¹ Nec in eléctos filiórum Israel misit manum suam; viderúntque Deum et comedérunt ac biberúnt.

RESPONSORIUM (Io 6, 48-50. 51 ab)

℞. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducavérunt in desérto manna et mórtui sunt. * Hic est panis de cælo descéndens, ut, si quis ex ipso manducáverit, non moriátur.

℣. Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndo. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. * Hic est panis de cælo descéndens, ut, si quis ex ipso manducáverit, non moriátur.

LECTIO ALTERA

Ex Opéribus sancti Thomæ de Aquíno presbýteri

Unigénitus Dei Filius, suæ divinitátis volens nos esse partícipes, natúram nostram assúmpsit, ut hómines deos fáceret factus homo.

Et hoc însuper, quod de nostro assúmpsit, totum nobis cóntulit ad salútem. Corpus namque suum pro nostra reconciliatióne in ara crucis hóstiam óbtulit Deo Patri, sánguinem suum fudit in prétium simul et lavácrum; ut redémpsi a miserábili servitúte, a peccátis ómnibus mundarémur.

Ut autem tanti beneficii iugis in nobis manéret memória, corpus suum in cibum, et sánguinem suum in potum, sub spécie panis et vini suméndum fidélibus derelíquit.

O pretiósus et admirándum convívium, salutíferum et omni suavitate replétum! Quid enim hoc convívio pretiósius esse potest? in quo non carnes vitulórum et hircórum, ut olim in lege, sed nobis Christus suméndus propónitur verus Deus. Quid hoc sacraménto mirabílius?

Nullum étiam sacraméntum est isto salúbrius, quo purgántur peccáta, virtútes augéntur, et mens ómnium spiritalium charismatum abundántia impinguátur.

Offértur in Ecclésia pro vivis et mórtuis, ut ómnibus prosit, quod est pro salúte ómnium institútum.

Suavitatem denique huius sacramenti nullus exprimere sufficit, per quod spiritalis dulcedo in suo fonte gustatur; et recolitur memoria illius, quam in sua passione Christus monstravit, excellentissimae caritatis.

Unde, ut arctius huius caritatis immensitas fidelium cordibus infigeretur, in ultima cena, quando, Pascha cum discipulis celebrato, transiturus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc sacramentum instituit, tamquam passionis suae memoriale perenne, figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipso factorum maximum, et de sua contristatis absentia solacium singulare reliquit.

RESPONSORIUM


℞. Hoc agnoscite in pane, quod pepéndit in cruce; hoc in cálice, quod manávit ex látere. Accípite itaque et édite corpus Christi; accípite et potáte sánguinem Christi. * Iam ipsi facti membra Christi.

℣. Ne dissolvámini, manducáte vinculum vestrum; ne vobis viles videámini, bíbite prétium vestrum. * Iam ipsi facti membra Christi.

Ad Laudes matutinas

HYMNUS

VIII
Verbum su-pérnum pród-i-ens nec Pa-tris linquens déx-te-ram,
 ad opus su-um éx-i-ens ve-nit ad vi-tæ vés-pe-ram. 2. In mor-tem
 a di-scí-pu-lo su-is tra-déndus ámu-lis, pri-us in vi-tæ fércu-lo
 se trá-di-dit di-scí-pu-lis. 3. Qui-bus sub bi-na spé-ci-e carnem de-dit
 et sánguinem, ut dúpli-cis substán-ti-æ to-tum ci-bá-ret hó-mi-nem. 4.
 Se-na-scens de-dit só-ci-um, convéscens in e-dú-li-um, se mó-ri-ens in



pré-ti-um, se regnans dat in præmi-um. 5. O sa-lu-tá-ris hó-sti-a,



quæ cæ-li pandis ó-sti-um, bel-la premunt ho-stí-li-a: da ro-bur, fer au-




xí-li-um. 6. U-ni tri-nó-que Dó-mi-no sit sempi-térna gló-ri-a,




qui vi-tam si-ne térmi-no no-bis do-net in pá-tri-a. A-men.

III



A

n-ge-ló-rum esca * nutri-ví-sti pó-pu-lum tu-um, et pa-nem de cæ-lo



præsti-tí-sti e-is. E u o u a e.

Psalmus 62 (63), 2-9

Anima Dominum sitiens

Ad Deum vigilat, qui opera noctis reicit.

²Deus, Deus meus es tu, *
ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, *
te desiderávit caro mea.

In terra desérta et árida et inaquósa, †
³sic in sancto appáruí tibi, *
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

⁴Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas, *
lábía mea laudábunt te.

⁵Sic benedicam te in vita mea *
et in nómine tuo levábo manus meas.

⁶Sicut ádipe et pinguédine repléatur ánima mea, *
et lábis exsultatiónis laudábit os meum.

⁷Cum memor ero tui super stratum meum, *

in matutinis meditabor de te,
⁸ quia fuisti adiutor meus, *
et in velamento alarum tuarum exultabo.

⁹ Adhaesit anima mea post te, *
me suscepit dextera tua.

IV
S a-cer-dotes sancti * incensum et panes offerunt Deo,
al-le-lu-ia. E u o u a e.

Canticum
Dan 3, 57-88. 56

Omnis creatura laudet Dominum

Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius (Ap 19, 5).

⁵⁷ Benedicite, omnia opera Domini, Domino, *
laudate et superexaltate eum in saecula.

⁵⁸ Benedicite, caeli, Domino, *
⁵⁹ benedicite, angeli Domini, Domino.

⁶⁰ Benedicite, aquae omnes, quae super caelos sunt, Domino, *
⁶¹ benedicat omnis virtus Domino.

⁶² Benedicite, sol et luna, Domino, *
⁶³ benedicite, stellae caeli, Domino.

⁶⁴ Benedicite, omnis imber et ros, Domino, *
⁶⁵ benedicite, omnes venti, Domino.

⁶⁶ Benedicite, ignis et aestus, Domino, *
⁶⁷ benedicite, frigus et aestus, Domino.

⁶⁸ Benedicite, rores et pruina, Domino, *
⁶⁹ benedicite, gelu et frigus, Domino.

⁷⁰ Benedicite, glacies et nives, Domino, *
⁷¹ benedicite, noctes et dies, Domino.

⁷² Benedicite, lux et tenebrae, Domino, *
⁷³ benedicite, fulgura et nubes, Domino.

⁷⁴ Benedicat terra Dominum, *
laudet et superexaltet eum in saecula.

⁷⁵ Benedicite, montes et colles, Domino, *
⁷⁶ benedicite, universa germinantia in terra, Domino.

⁷⁷ Benedícite, mária et flúmina, Dómino, *
⁷⁸ benedícite, fontes, Dómino.

⁷⁹ Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino, *
⁸⁰ benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

⁸¹ Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino, *
⁸² benedícite, filii hóminum, Dómino.

⁸³ Bénedic, Israel, Dómino, *
laudáte et superexaltáte eum in sáecula.

⁸⁴ Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino, *
⁸⁵ benedícite, servi Dómini, Dómino.

⁸⁶ Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, Dómino, *
⁸⁷ benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.


⁸⁸ Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino, *
laudáte et superexaltáte eum in sáecula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu; *
laudémus et superexaltémus eum in sáecula.

⁵⁶ Benedictus es in firmaménto cæli *
et laudábilis et gloriósus in sáecula.

In fine huius cantici non dicitur Glória Patri.

V
V incénti da- bo * manna abscondi- tum et nomen no- vum, al- le- lú-
ia. E u o u a e.



Psalmus 149

Exsultatio sanctorum

Filii Ecclesiæ, filii novi populi exsultent in rege suo: in Christo (Hesychius).

¹ Cantáte Dómino cánticum novum; *
laus eius in ecclésia sanctorum.

² Lætétur Israel in eo, qui fecit eum, *
et filii Sion exsúltent in rege suo.

³ Laudent nomen eius in choro, *
in týmpano et cíthara psallant ei,

⁴ quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, *
et honorábit mansuétos in salute.

⁵ Iúbilent sancti in glória, *
læténtur in cubilibus suis.

- ⁶ Exaltatiónes Dei in gútture eórum *
 et gládii ancípites in mánibus eórum,
⁷ ad faciéndam vindíctam in natióibus, *
 castigatiónes in pópulis,
⁸ ad alligándos reges eórum in compédibus *
 et nóbiles eórum in mánicis férreis,
⁹ ad faciéndum in eis iudícium conscríptum: *
 glória hæc est ómnibus sanctis eius.

LECTIO BREVIS (Mal 1, 11)

Ab ortu solis usque ad occásum magnum est nomen meum in géntibus, et in omni loco sacrificátur et offértur nómini meo oblátio munda, quia magnum nomen meum in géntibus, dicit Dóminus exercítuum.

RESPONSORIUM BREVE

⁶
E - dú-cas pa-nem de ter- ra, ☩ Alle- lú-ia al-le- lú- ia. Ψ
 Et vi-num læ-tí-fi-cet cor hó-mi- nis. Ψ Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et
 Spi-rí- tu- i San-cto.

ANTIPHONA AD BENEDICTUS

1a2
E - go sum * pa- nis vi- vus qui de cæ-lo de- scén- di;
 si quis mandu-cá-ve-rit ex hoc pa-ne, vi- vet in æ-tér- num, alle-
 lú-ia. E u o u a e.

PRECES

Iesum Christum, panem vitæ deprecémur, fratres, lætánter dicéntes:

Beátus qui manducábit panem in regno tuo, Dómine.

Christe, sacérdos novi et ætéрни fœderis, qui Patri in ara crucis sacrificium
perféctum obtulisti,

– doce nos tecum illud offérre.

Christe, summe rex pacis et iustítiæ, qui panem et vinum in signum oblatiónis tui
consecrásti,

– tecum nos hóstias consócia.

Christe, vere adorátor Patris, cuius oblátio munda ab ortu solis usque ad occásum
ab Ecclésia offértur,

– in tuo córpore únias quos uno pane sátias.

Christe, manna de cælo descéndens, qui Ecclésiám pascis córpore et sáanguine
tuo,

– in fortitú-dine huius cibi fac nos ámbuláre.

Christe, invisíbilis hospes convívii nostri, qui stas ad óstium et pulsas,

– ad nos veni, cena nobíscum et nos tecum.

Pater noster.

Oratio


Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti,
tribue, quæsumus, ita nos córporis et sáanguinis tui sacra mystéria venerári, ut re-
demptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis.

Ad Horam mediam

HYMNUS

Ad Tertiam

VIII
Nunc Sancte no-bis Spí- ri- tus, Unum Patri cum Fí- li- o, Digná-
re promptus ín-ge- ri, Nostro re-fú- sus péc- to- ri. 2. Os, lingua, mens, sen-
sus, vi- gor Confessi- ónem pèrsonent. Flamméscat igne cá- ri- tas, Accén-



dat ar-dor pró-xi-mos. 3. Præsta, Pa-ter pi-ís-si-me, Patrique compar U-
 ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Regnans per omne sæ-cu-lum. A-men.

Ad Sextam

VIII
Rector pot-ens, ve-rax De-us, Qui tēp-eras re-rum vi-ces, Splen-
 dó-re ma-ne ínstru-is Et ígni-bus me-rí-di-em. 2. Exstingue flammæ
 lí-ti-um, Aufer ca-ló-rem nó-xi-um, Confer sa-lú-tem córpo-rum, Ve-rám-
 que pa-cem cór-di-um. 3. Præsta, Pa-ter pi-ís-si-me, Patrique compar U-
 ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to Regnans per omne sæ-cu-lum. A-men.

Ad Nonam

VIII
Re-rum, De-us, te-nax vi-gor, Immó-tus in te pérma-nens, Lu-cis
 di-úr-næ tēp-o-ra Succéssi-bus de-tér-mi-nans. 2. Largí-re cla-rum vés-
 pe-re, Quo vi-ta numquam dé-ci-dat, Sed præ-mi-um mor-tis sac-ræ Pér-én-

nis in-stet gló- ri- a. 3. Præsta, Pa-ter pi- ís- si-me, Patrique compar U-
ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá- cli- to Regnans per omne sáe- cu-lum. A- men.

ANTIPHONA

Ad Tertiam

II
D e-si-dé-ri- o * de-si-de-rá-vi hoc Pascha mandu-cá-re vo-bíscum,

 ántequam pá-ti- ar. E u o u a e.

Ad Sextam

I
C e-nánti-bus au- tem, * accé-pit Ie-sus pa-nem, be-ne-dí-xit ac fre-git,

 de-dit di-scí-pu-lis su- is. E u o u a e.

Ad Nonam

II
E t co- e-gé-runt il-lum * di-céntes: Ma-ne no-bíscum, Dómi-ne,

 qui- a advespe-rá-scit, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Psalmodia complementaris. Si autem sollemnitatis die dominica celebretur, dicuntur psalmi dominicae hebdomadae I

Ad Tertiam

LECTIO BREVIS (Sap 16, 20)

Angelórum esca nutritivisti pópulum tuum, Dómine, et parátum panem de cælo præstitisti illis sine labóre, omne delectaméntum in se habéntem et ad omnem gustum aptum.

℣. Introíbo ad altáre Dei, allelúia.

℞. Sumam Christum qui rénovat iuventútem meam, allelúia.

Oratio

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti, tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis.

Ad Sextam

LECTIO BREVIS (Prov 9, 1-2)

Sapiéntia ædificávit sibi domum, excídit colúmna septem; immolávit víctimas suas, míscuit vinum et propósuit mensam suam.

℣. Panem de cælo præstitisti eis, allelúia.

℞. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Oratio

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti, tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis.

Ad Nonam

LECTIO BREVIS (Act 2, 42. 47 a)

Erant fratres perseverántes in doctrína apostolórum et communicatióne, in fractiÓne panis et oratiÓnibus, collaudántes Deum et habéntes grátiam ad omnem plebem.

℣. Mane nobíscum, Dómine, allelúia.

℞. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Oratio

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti, tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis.


Ad II Vesperas

HYMNUS

P Ange lingua glo-ri- ó-si Córpo-ris mysté-ri- um, Sangui-nisque pre-
ti- ó-si, Quem in mundi pré-ti- um Fructus ventris ge-ne-ró-si Rex effú-dit
génti- um. 2. No-bis da-tus, no-bis na-tus Ex intácta Vírgi-ne, Et in mundo
conversá-tus, Sparso verbi sémi-ne, Su- i mo-ras inco-lá-tus Mi-ro clau-sit ór-
di-ne. 3. In suprémæ nocte cœnæ Re-cúmbens cum frátri-bus, Observá-ta
le-ge ple-ne Ci-bis in le-gá-li-bus, Ci-bum turbæ du- o-dénæ Se-dat su- is
má-ni-bus. 4. Verbum ca-ro, pá-nem ve-rum Ver-bo carnem éffi-cit: Fitque
Sanguis Chri-sti me-rum, Et si sensus dé-fi- cit. Ad firmándum cor sincé-rum
So-la fi-des súffi-cit. 5. Tantum ergo Sacraméntum Ve-ne-rémur cérnu- i:



Et antíquum do-cuméntum No-vo ce-dat rí-tu-i: Præstet fi-des supplemén-
tum Sénsu-um de-féctu-i. 6. Ge-ni-tó-ri, Ge-ni-tó-que Laus et ju-bi-lá-ti-o,
Sa-lus, honor, virtus quoque Sit et be-ne-dícti-o: Pro-ce-dénti ab utróque
Compar sit laudá-ti-o. Amen.



S **I** a-cérdos in æ-térnum * Christus Dómi-nus se-cún- dum ór-di-nem
Melchí-se-dech, pa-nem et vi-num óbtu-lit. E u o u a e.

Psalmus 109 (110), 1-5. 7

Messias rex et sacerdos

Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius (1 Cor 15, 25).

¹ Dixit Dóminus Dómino meo: *

«Sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos *
scabéllum pedum tuórum».

² Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Sion: *
domináre in médio inimicórum tuórum.

³ Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
in splendóribus sanctis, *
ex útero ante luciferum génui te.

⁴ Jurávit Dóminus et non pænitébit eum: *
«Tu es sacérdos in ætérnum secúndum ór-dinem Melchisedech».

⁵ Dóminus a dextris tuis, *
conquassábit in die iræ suæ reges.

⁷De torrén-te in via bibet, *
proptérea exaltábit caput.

III
C



á-li-cem * sa-lu-tá-ris accí-pi-am, et sacri-fi-cá-bo hó-sti-am
laudis. E u o u a e.



Psalmus 115 (116 B)
Gratiarum actio in templo

Per ipsum (Christum) offeramus hostiam laudis semper Deo (Hebr 13, 15).

¹⁰Crédidi, étiam cum locútus sum: *
«Ego humiliátus sum nimis».

¹¹Ego dixi in trepidatióne mea: *
«Omnis homo mendax».

¹²Quid retribuam Dómino *
pro ómnibus, quæ retribuit mihi?

¹³Cálicem salutáris accípiam *
et nomen Dómini invocábo.

¹⁴Vota mea Dómino reddam *
coram omni pópulo eius.

¹⁵Pretiósá in conspéctu Dómini *
mors sanctórum eius.

¹⁶O Dómine, ego servus tuus, *
ego servus tuus et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: †
¹⁷tibi sacrificábo hóstiam laudis *
et nomen Dómini invocábo.

¹⁸Vota mea Dómino reddam *
coram omni pópulo eius


¹⁹in átriis domus Dómini, *
in médio tui, Ierúsalem.

II
T



u es vi- a, * tu es vé-ri-tas, tu es vi- ta mundi, Dó- mi-ne.





E u o u a e.

Canticum Cf. Ap 19, 1-2, 5-7
De nuptiis Agni

2
S a-lus et gló-ri- a et virtus De- o nostro, R Alle-lú-ia. V qui- a ve-ra et

iusta iu-di-ci- a e-ius, R Alle-lu- ia, al-le-lu-ia. V Laudem dí-ci-te De- o nostro,

omnes servi e-ius, R Alle-lú-ia. V et qui time-tis e- um, pu-sil-li et magni, R

Alle-lu- ia, al-le-lu-ia. V Quó-ni- am regna-vit Dómi-nus, De- us noster omní-

po-tens, R Alle-lú-ia. V gaude- amus et exsultemus et demus gló-ri- am e- i, R

Alle-lu- ia, al-le-lu-ia. V Qui- a ve-ne-runt núpti- æ Agni, R Alle-lú-ia. V

et u-xor e-ius præpa-ra-vit se. R Alle-lu- ia, al-le-lu-ia. V Gló-ri- a Patri,

et Fí- li- o R Alle-lú-ia. V et Spi-ri-tu- i Sancto. R Alle-lu- ia, al-le-lu-ia. V

Si-cut e-rat in princí-pi- o, et nunc et semper, R Alle-lú-ia. V et in sæcu-la



sæcu-ló-rum. Amen. R Alle-lu-ia, al-le-lu-ia.

LECTIO BREVIS (1 Cor 11, 23-25)

Ego accépi a Dómino, quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem et grátias agens fregit et dixit: «*Hoc est corpus meum, quod pro vobis est; hoc fácite in meam commemoratióem*»; similiter et cálicem, postquam cenátum est, dicens: «*Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine; hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratióem*».


RESPONSORIUM BREVE



6
P a-nem cæ-li de-dit e-is, R Alle-lú-ia al-le-lú-ia. P



Pa-nem Ange-ló-rum mandu-cá-vit ho-mo. P Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,




et Spi-rí-tu-i San-cto.


ANTIPHONA AD MAGNIFICAT




V
O sa-crum convi-vi-um * in quo Chri-stus sú-mi-tur: re-



có-li-tur memó-ri-a pas-si-ó-nis e-ius, mens implé-tur grá-ti-a



et fu-tú-rae gló-ri-ae no-bis pignus da-tur, al-le-lú-ia.



E u o u a e.

PRECES

Christus in cena, ad quam omnes invitat, corpus et sanguinem suum tradit pro mundi vita. Ipsum deprecemur:

Christe, panis caelestis, da nobis vitam aeternam.

Christe, Fili Dei vivi, qui eucharistiae cenam in tui commemoratióem facere praecipisti,

- Ecclesiam tuam fideli dita mysteriórum celebratióne.

Christe, sacerdos Altissimi únice, qui sacramenta tua offerenda sacerdotibus commisisti,

- in mores eórum íngere, quae in signis tribuis celebrare.

Christe, manna de caelo, qui omnes de uno pane participantes unum efficis corpus,

- pacem et concórdiam ómnium in te credéntium réfove.

Christe, caelestis médice, qui remédium immortalitátis et pignus resurrectionis per tuum panem praebes,

- aegrótis sanitátem et spem vivam peccatóribus redde.

Christe, rex ventúre, qui mystéria in mortem tuam annuntiándam donec venires ut celebraréntur mandásti,

- omnes, qui in te decesserunt, fac resurrectionis tuae partícipes.

Pater noster.

Oratio

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquisti, tríbue, quáesumus, ita nos córporis et ságuinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuae fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis.